

fundere studuit; sensim frequentior esse coepit cum A codem Codice Dionysiana interpretatio, ut notavit Simeonius, cuius testimonio **1051** has observationes concludere libet. *Certum est illos (Gallos) Priscum illum (Isidorianam) libertus semper usurpare, eisque usum ad eadem usus Caroli Magni tempora frequentasse; idque declarat inter cetera capitulare*

*Aquisgranense Caroli ejusdem, quod totum Gracis antiquae versionis auctoritatis resertum est, praeter quam in canonibus apostolicis, qui necessario es Dionysiana citantur, quia alia tunc illorum versio nulla erat. Post hanc ero sensim ab ea deservere, codicemque canonum Dionysiana collectionis per Adrianum papam Carolo regi commendatum amplexi sunt.*

# SANCTI LEONIS MAGNI

## SERMONES INEDITI,

*Extracti ex bibliothecis Florentinis, edente A. B. Caillaux presbytero societatis Misericordiae, una cum doctore Saint-Yves, ejusdem societatis.*

### ADMONITIO.

Ex his sermonibus qui oinnes in codicibus nomen sancti Leonis pape praestellerunt, alii sunt qui recte tribui posse videntur, alii qui ab ejus dicendi ratione evidenter recedunt. Ne autem, ut in nostra sancti Augustini editione factum est, nobis exprobretur audacia quodam, qua nos omibus sententiam nostram imponere voluisse nonnulli suspiciunt sunt, orationes istas, prout jacent in manuscriptis, lectorum oculis subjiciamus, sorum sagacia i. hoc operis relinquentes, ut quae vera sunt, ab illis quae spuria, proprio secernat judicio.

#### SERMO PRIMUS.

*In tempore jejuni (1).*

I. Dilectissimi nobis, fides vestra nos admonet religiosis promere documenta. Hortamur namque ad (2) jejunium, quod est recte viventibus devotionis augmentum, mirus fidei, expugnatio pravitatis. Sudemus etiam non solum a cibis esse, sed ab omnibus vitiis semper abstinentem. Nolite esse in comedientibus prodigi vel in ebrietatibus arrogantes; quoniam scriptum est in Salomon: *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam* (Sep. xv, 15). Nec non et Apostolos dicit: *Carnis curam ne feceritis in desideriis vestris* (Rom. xiii, 14). Abstinete vos ergo his diebus a secularibus euriis desiderisque carnalibus. Castigetur corpus, ut anima satieatur. Ruboratur enim spiritus, attenuata parcimonialis carne. Nam de taurarum in victu vita presentis alitur, non futura, quoniam abundantiam rerum luxuria comitatur. Auferte a vobis invidias, similitates, malloquia, contentiones, et universa remina peccatorum dissolvite. Violentiarum laqueos actionum, et nodosa calumniarum argumenta cassate (sic). Prebetegentibus ac domesticis fidei mansionem. Chirographa iniqua dirumpite, ut non solum corpore, sed etiam spiritu, placita Deo jejuna celebretis.

II. Oportet quoque eleemosynarum semine, fructus nos proprii sperare jejuni. Scriptum est enim: *Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum* (Ecclesi. viii, 33). Agendum est etiam, ut non avaritiae studio, sed misericordiae cura videamus ab opulentis apparalis abstinere. Demus temporalia

B pauperibus, ut perpetua nobis orationibus eorum suerae praebeantur. Nam exigui panis erisque commercio peccatorum nobis confertur impunitus. Scindum est etiam quia sicut debiles multos, ita pauperes Dominus fecit, quatenus sit Dominus regandi necessitas, ut qui nihil horum pascus es, times ne forte patiaris. Pasco igitur qui sanus es, debiliem, tanquam vicarie calamitatis exemplum. Pasco igitur pauperem dives, cujus forsitan portionem a Domino Deo nostro ut cum praeceres accepisti. Pasco jejunum (3), ne pars eju*tibi* sublata detur alio largienti. Pasco fame mortalem; quisquis enim servare prescendo hominem poteras, si non paveris, occidisti.

III. Anticipentur etiam lacrimum desideria meandorum, quoniam legimus: *Beatus qui intelligit super egenum ei pauperem, in die mala liberabit eum Dominus* (Psalm. xl, 2). Demus haec alimoniam egenis, antequam petant, ne prae nimis necessitate clamando, cunctantes nos exigere videantur. Praebeamus eis collatorum nobis coelestium munierum vel aliquam portionem, ne paenales ob segnitiam generatori nostre reddamus osuras. Cogitemus illum divitem, qui propter micas panis, guttam aquae petit, nec accepit. Recolamus viduam illam quem in gazophylacio duo era mittendo, totum quem habuit Deo obtulit victimam. Et nos fratibus, vel quod nobis superat, demus. Nec sane tristes et hypocritae divina debemus exercera inaudita, sed agamus gratias Deo, nostras largitatis auctori, ut orantes assidue praebeamus egenis substantiam vitam temporalem, ut vitam consequamus

(1) Hic sermo prodit ex quinque codi. Florentin. semper: Bibl. Laurent. Plut. 14, col. 1, pag. 156; ibid. Plut. 33, cod. 4, p. 61; Plut. 23, dext. cod. 10, p. 45; Bibl. adit. cod. 140, p. 161, et ibid. cod. 143,

p. 167 b. Nomen habet ubique sancti Leonis.

(2) In cod. deest ad.

(3) Cod., jejunum.

sternum, præstante Domine nostro Iesu Christo, qui A  
vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

## SERMO II.

## De passione Domini (1).

I. Post illam humanae prævaricationis primam et universalem reuinam ex quo per nostrum hominem peccatum intrisit in hunc mundum, et per peccatum mors (Rom. v. 12), nemo iam diaboli dominationem, nemo vincula direi captivitatis evaderet, nec cuiquam aut reconciliatio ad veniam, aut redditus pateret ad vitam, nisi coeternus, et coequalis per omnia Deo Patri Filius Deus, etiam hominis esse filius dignaretur (2), et pro omnium hominum (3) redemptione et salutie carnaliter in cruce suspenderetur. Totius enim humani generis haec fuit causa redemptionis et salutis, quod ipse Deus in homine vere possumus, vereque mortuus est, veroque surrexit a mortuis, et vere hominibus creditibus sibi, et in voluntate ejus morientibus regni coelestis januas aperiret, atque nos ab eterna morte et punitione redimeret. Multas enim atque diversas pro nobis sustulit injurias, non suis exigentibus culpis, qui nullum unquam peccatum fecit, sed nostra tantum necessitate; quia tam duris fuiimus vinculis catenati, et in tam profundum mortis horribulum devoluti, ut (4) nisi per ejus clementiam immensam, per eijusque humanam passionem et mortem, non possemus absolviri (5). Nisi ipse pretioso sanguine redimeret, nisi ipse morte sua eterna a nobis auferret supplicia (6), nisi ipse diaboli vires frangeret, atque ad coelestia secum regna perduceret, et nobis omnibus iter suave ac levo volentibus in C sua voluntate permanere ad (7) coelestia regna donaret.

II. Quapropter, fratres charissimi, quid nobis protinus beneficis Dei agendum est, nisi ut moriamur mundo, et concupiscentiis ejus, morificantis in nobis carnalia desideria in vigilis, in jejuniis, in castitate, in tolerantia adversitatis, in perseverantia totius bonitatis, in orationibus nosmetipso Deo jugiter commendemus. Poenitendo, deflendo, atque confitemendo peccata nostra eleemosynisque nos ab eternis suppliciis redimentes, ut ita divina ope suffulti, illic ubi nos sua morte reduxit misericors Dominus Deus noster, in eterna mereamur beatitudine permanere, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

(1) Ille sermo, quem eduximus ex cod. 1, Plut. 14 libl. Laurent. nonnullas habet sententias quæ leguntur in sermon. 1 edit. Quæquevel., sed in aliis omnino differt: unum tantummodo habentibus codicem plura emendanda occurrerunt, quæ, prout potius sumere sumus conati; utrum bene, videat lector.

(2) Totum hoc principium repperitor in editis, pauca in instituendo immutatis.

(3) Cod., pro omni humana redemptione penderetur.

(4) Deest ut in cod.

(5) Eadem sene sententia legitur ubi supra.

(6) In cod. deest vox supplicia.

(7) Item in cod. non legitur ad.

(8) Ille sermo repperitur in duobus codic. Florent. nempe libl. Laur. cod. 4, p. 113, et Bibl. adul. cod.

## SERMO III.

## De Pascha (8).

I. Scripturam quidem Hebreici exitus (9), et verba mysterii, dilectissimi fratres, audistis; quomodo Agnus immolatus est, quomodo plebs salvata est; et quomodo Pharaon per mysterium verberatus est. Intelligite, dilectissimi, quomodum sit novum et vetus, temporale et eternum, corruptibile et incorruptum, mortale et immortale Pascha mysterium. Vetus quidem secundum legem, novum autem secundum Verbum (10); temporale per exemplar, eternum per gloriam (11); corruptibile propter victimam peccatis, incorruptibile propter Dominal vitam; mortale propter sepulturam, immortale propter resurrectionem; vetus quidem lex, novum autem est verbum. Tempore (12) exemplar, sed sempiterna (13) est gratia; corruptibiles oves (14), incorruptibilis Dominus. Nam (15) communitus ut agnus, sed resuscitatus ut Deus. Etenim ut ovis ad victimam duxerit, sed non erat ovis; Et sicut agnus sine voce (Isai. LIII, 7), sed non erat agnus. Illa enim in figura flebant, hoc vero reperiuntur. Pro agno enim Dominus factus est, et pro pecude homo, homo autem Christus, in quo capiunt omnia. Esaias autem ait: Sicut ovis ad occisio nem duxerit, et sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperies os suum. In humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem autem ejus quis narrabit (Ibid. 7, 8)? Multa quidem et alia plurima a prophetis praedicta sunt, in Pascha (16), mysterium Jesu Christi, cui gloria in secula seculorum. Amen.

II. Ipse enim adductus ut agnus, et occisus ut ovis, veluti ad Aegyptum, nos a mundi cultu (17) redemi, et salvavit nos de manu diaboli, quasi de manu Pharaonis; et consignavit animas nostras proprio spiritu, et membra corporis nostri suo sanguine pretioso. Ille est qui confusione mortem induit, et diabolum in planetum (18) constituit. Ille est qui iniuriam percussit et injustitiam, sicut Moyses Aegyptum sterilitate (19) damnavit. Ille est qui nos eripuit de servitio ad libertatem, de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, a tyrannide ad regnum perpetuum. Ille est qui in multis multa sustinuit; hic est qui in Abel occisus est, et in Isaac pedibus colligatus est, et in Jacob peregrinatus est, et in Joseph venundatus est, et in Moyse (20) obvolutus est, et in amne a matre expositus, et in agno jugulatus, et in David persecutus, et

(11) Cod. 4, p. 98; in utroque nomen pr.: fert sa: ei: Leonii.

(9) Cod. 136, Scriptura quidem hebreica pascha exitus est, et per verba mysterii.

(10) Haec verba leguntur in cod. 136, deinceps autem in cod. 4.

(11) Cod. 4 gloriam; cod. 136 gratiam.

(12) Cod. inale, per.

(13) Cod. 4, sempiternum.

(14) Id., corruptibilis ovis.

(15) Id., passio ne et r.

(16) Cod. 136, Pascha; cod. autem 4, Pasches.

(17) Cod., cultum.

(18) Cod., plantum.

(19) Cod. 136, in sterilitatem.

(20) Cod. mal., Moysei.

pultus est, et resurgens a mortuis ad celorum excellsa concurrit. Hic est agnes sine voce; hic est qui de grege assumptus est ad victimam, qui vespere immolatus est, qui nocte sepultus est. Hic est Jesus Christus Dominus noster qui resurrexit a mortuis, et de inferiore sepulcro hominem resuscitavit ad vitam. Hic itaque in medio Jerusalem interemptus est. A quibus? Ab Israe. Quam ob causam? Quia c'audos eorum curavit, et leprosos mundavit, et exicos illuminavit, et mortuos suscitavit.

III. Quid fecisti (<sup>1</sup>), Israel, tam novam injustitiam? Ignobilasti eum qui te nobilem fecerat; ignominasti eum qui te glorificaverat; reliquisti eum qui te prædicaverat; occidisti eum qui te vivificaverat (<sup>2</sup>). Nonne scriptum est: *Non effundas sanguinem in auctoritate mea peccare moriaris* (*Jer. xxiii. 3*)? Ergo, inquit, Israel, hoc fecisti (<sup>3</sup>), quia pati eum oportuit (*Act. xvii. 3*). Erras, o Israel, cum taliter sapi. Pati eum oportuit, sed non per te; oportuerat eum contumelias affliri, sed non per te; oportuerat eum in cruce (<sup>4</sup>) suspendi patibulo, sed minime per tuam dexteram fieri debuit. Hac, o Israel, vox ad Dominum clamare debueras: O Domine, si voluntas tua ita decrevit ut tuus Filius patiatur; sed minime per me patiatur. Plaque ab alienigenis (<sup>5</sup>) dijudicatur; ab incircumcisis, a quolibet tyranno clavis configatur. Absit ut per me hoc piaculum perpetretur. Hac, o Israel, vox, proclamare minime volui, nec inferre in Dominum tuum manus proprias pepercisti. Non es (<sup>6</sup>) veritas opera ejus; nullam tibi incussit verecundiam (<sup>7</sup>) cum manus arida proprio corpori restituta esset incolamis. Neque cum obturati oculi patescat fuisse, nec cum dissoluta membra per ejus consolidata sunt vocem. Sed neque reecns illud erubulisti miraculum, quod jam quadriduanus (<sup>8</sup>) mortuus ad vocis ejus imperium de sepulcro surrexit.

IV. O Israel, tanta mirabilia Christi vidisti, et semper in infidelitate permansisti. Te (<sup>9</sup>) quidem, universa haec præterrelata, ad necem Domini (<sup>10</sup>) preparasti. Parasti ei acutissimos clavos, testes mendaces, fel quoque et gladium, ut homicida latroni. Intulisti etiam verbera ejus corpusculo, et in capite ejus coronam spineam posuisti, et manus ejus illas bonas, quae te de humo plasmaverant, vinculis colligasti; et bonum illud os ejus, per quod tu cibatus es vita, e D

(1) Sic cod. 136; cod. 4 addit sibi.

(2) Ita cod. 136; hoc ultimum sententia membrum in cod. 4 desideratur.

(3) Cod. 136, fecit.

(4) Cod. 4 male, cruci; cod. 136 in cruce; forte legendum crux.

(5) Cod. 136, ab alienis.

(6) Ita col. 136; cod. 4 male, est.

(7) Cod. 4, incurrit verecundia.

(8) Cod. 4, triduanus.

(9) Codol., tu, minus bene.

(10) Deest vox Domini in cod. 136.

(11) Dorst e in cod. 4.

(12) Cod. 4, confusus.

(13) Cod. 136, judicabatur.

(14) IJ., condicabatur.

tuum Dominum peremisti. Et tu quid in epactis fratribus, ille autem famis patiebatur eorum; tu liberas vimam et panes edebas, ille autem fel et accus; tu eras splendidus corpore, et ille confusus (<sup>12</sup>) memoribus; tu exaltabas, et ille tribulabatur; tu penitelas, et ille dijudicabatur (<sup>13</sup>); tu chores ducebas, et ille in tumulo condeebatur (<sup>14</sup>); tu quidem in molle strati jacebas, ille autem in sepulcro et locale. O Israel impiissime, quid hanc novam injustitiam perpetrasti? Novis (<sup>15</sup>) tuum Dominum subjiciens paciunibus peremisti, dominatorem (<sup>16</sup>) tuum, factorem tuum qui te honoravit, qui tibi Israel nomen impedit. Tu autem Israel nequam inventus es, neque vidistis (<sup>17</sup>) Dominum, nec Deum intelligere voluisti.

V. Nesciebas, o Israel, quoniam hic est primogenitus Dei, qui ante luciferum genitus est? Illic est, qui te in Agyptum perduxit, atque ibi te conservans alimento exhibuit. Illic est, qui ad te transmissus est, qui patientes tuos curavit, qui mortuos suscitavit. Hic est, in quem inique gessisti, quem trucidasti. Hic est, quem vendidisti. Idecirco, o Israel, quia (<sup>18</sup>) super Dominum non contremuisti, impugnatus ab hostibus contremuisti. Super Dominum non formidasti, super Dominum non iulasti (<sup>19</sup>), super mortales filios ejus lasti. Quia (<sup>20</sup>) dereliquisti Dominum, nec inveneris ab eo; allisisti Dominum, et tu quoniam ad terram allideris (<sup>21</sup>). Et tu quidem jaces in terra, ille autem surgens a mortuis transvectus est ad altitudinem caeli (<sup>22</sup>).

VI. Nunc ergo venite, universa familiæ hominem, qui estis communis (<sup>23</sup>) delictis, et remissionem accipite peccatorum. Dicit enim vobis Dominus (<sup>24</sup>): Ego enim suam vestram remissio, ego pascha salutis, ego agnus, qui pro vobis sum jugulatus (<sup>25</sup>); ego vestra redemptio, ego vita, ego vestra sum salus, ego vestra resurrectio. Ego vester sum rex, ego vos resuscitabo per dexteram meam. Illic est Dominus noster, qui fecit eolum et terram; qui in ligno suspensus est, qui in terra sepultus, qui resurrexit a mortuis, ascendit ad celum cœlorum, et vivit et regnat cum Patre et cum Spiritu sancto in æcula saeculorum. Amen.

#### SERMO IV.

##### De Paschu II (<sup>26</sup>).

I. Licet omnes solemnitas, dilectionis, quæ in

(15) Cod. 4, perpetraisti nobis? tram.

(16) Id., male, donatorem.

(17) Id., male, novisti.

(18) Cod. 136, quoniam.

(19) Codd., jejunasti, ut videtur, male.

(20) Cod. 136, qui.

(21) Cod. 4, elideris.

(22) Cod. 136, celestitudinem capi.

(23) Cod. 4, cum istis.

(24) Haec verba desunt in cod. 4.

(25) Iterum haec in cod. 4 desiderantur.

(26) Hic sermo partim legitur in duabus codic. fass. nempe cod. 41, fol. 229, et cod. 423, fol. 139 b, cum nomine sancti Augustini. Unde illum tanquam S. Augustini scimus in nostris ejusdem doctoris supplementis in lucem edidimus. Sed cum nomini e sanctu

Ecclesiis pro D*e*i honore (1) celebrantur, sancte sint A  
atque venerabiles, tamen hodierna Dominicæ resur-  
rectionis dies peculiariter festivitatem habet. Ideo  
utique, quia omnes alii dies viventium in se tantum  
continet gaudium, hæc etiam letitiam defunctorum.  
Communis ergo est, infernis simul ac supernis ista  
festivitas, quia resurgent Dominus a mortuis, et illuc  
festivitatem dedit, ubi mortem vicit, et istic, ubi i-  
ctor a morte remeavit. Et ideo bene Psalmista loquitur  
de hac peculiariter die dicens : *Hæc dies quam  
seruit Dominus ; exsultemus et laetemus in ea* (Psal.  
cxv. 1, 24). Annuntians enim Dominicam resurrectionem  
non supernis tantum, sed infernis, diem salutis  
exultationis indixit; quia descendente in tene-  
brosam inferorum caliginem (2) Domino etiam illic  
tunc absque dubio dies splendidissimus fuit, ubi sal-  
vator illuxit. Unde pulchre evangelista q. lect.  
*Et illud, inquit, in tenebris lucet, et tenebrae eam non  
comprehenderunt* (Joan. 1, 5); quia lucet, et in tene-  
bris Dominus ascendens, tenebrarum tamen obscura-  
non sensit. Tenuit in illo noctis horrore (3) inviola-  
bilem maiestatis suæ splendorum lux sempiternæ  
naturæ, scilicet non lux a nocte, sed nox a luce supe-  
ra est.

II. Laetemur ergo, dilectissimi, et exsultemus in  
Domino. Hodie enim nobis data est a Domino uox sa-  
luti, secundum illum quod idem Psalmista in conse-  
quentibus ait : *Deus Dominus, et illuminat nos* (Psal.  
cxvii, 26). Et quid adhuc addidit : *Constitute, in-  
quit, diem solemnum in confrangementibus usque ad  
cornu altaris* (*Ibid.*). Completum etiam hoc bodis in C  
Ecclesia Domini video, nam cum usque ad cornu altaris  
omnia religiosis conventibus plena sint, ita Scriptura  
sacra Ecclesie plenitudo complevit. Dies ergo  
hic, dilectissimi, dies est resurrectionis et vitæ. Facit  
enam per Quadragesimam gratiorem delectabilior gra-  
tulatio, quia ad tristitiam rerum juncti sunt dies re-  
missiōnum, ut patientiam utique statim remuneratio  
consenseretur, secundum illud : *Qui seminavit in lacry-  
mis, in gaudio metent* (Psal. cxxv, 6). Quicunque  
ergo seminastis in lacrymis, capite præmia exulta-  
tionis. Sciat se unusquisque quo majora seminavit  
semina fletuum, majores (4) fructus capere gaudio-  
rum. Species ergo futurorum beatitudinum (5) iam in  
presentibus continetur. Sicut enim nunc est relaxatio  
post strictionem (6), sic et in futuro erit requies post  
laborem.

Leonis reperitur in tribus Florentinis codi., nempe  
bibl. Laur. Plut. 17, cod. 37, p. 6; ibid. Plut. 23  
d xir., cod. 10, p. 70; et Bibl. adil. cod. 143, p.  
205 b. Hic totus habetur, qui partim tantum apud  
Montem Cassinum. S. ylus S. Leonem magis sonat  
quam S. Augustinum, et h. ec interpellatio dilectissimi  
frequentius ab eo usurpat. Unde hunc sermonem  
melius sancto Leuni accommodatum, et ampliorem  
hic representare opere pretium duximus.

(1) Cod. per Dei honore.

(2) Cod., in tenebrosa... caliginem.

(3) Cod. male, horr. r.m.

(4) Cod. male, majore.

(5) Idem, item, b. altitudinem.

III. Unde obsecro, dilectissimi, cum universa Ec-  
clesia (7), præcipue vos qui in novam salutem rege-  
nerati (8) candida indumenta sumpvisisti, ut munus  
quod accopisti, parum immaculatumque tenealis, ni  
nitorem vestri habitus etiam in conversatione ser-  
vit, et tam candida sint corda vestra quam vestimenta  
vestra. Audistis evangeliam dicentem hodie quod  
quicunque in Deum credunt, ii filii Dei sunt. Dedi-  
conum eis, inquit, potestatem filios Dei fieri, his qui non  
ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis neque ex vo-  
luntate (9) viri, sed ex Deo nati sunt (Joen. 1, 12). Ergo,  
et vos non estis nunc ex carnis conceptu editi, sed ex  
Deo Patre generati. Superest ut conservotis per san-  
cta vita conversationem sanctæ originalis dignitatem,  
et vere Juxta id quod Apostolus ait : *Sicut modo geniti  
infantes rationabile* (10) sine dolo lac concupiscite, ut n  
eo crescatis in salutem (1 Petr. ii, 2). Et pax Dei qui  
exsuperat omnem censem custodiat corda vestra, et cor-  
pora vestra (Philip. iv, 7) per Dominum nostrum Je-  
sus Christum, cui est honor et gloria in sæcula sa-  
eculorum. Amen.

#### SERMO V.

*In natali sancti Pauli (11).*

*(Dicitus apud ejus Ecclesiam.)*

I. Gemina hodierna festivitas nobis, fratres cha-  
risimi, renovantur gaudia, dum annua Doctoris  
mundi percolamus natalitiam. Unde exsultantes in Deo  
et immensas ejus ineffabili maiestati referentes lau-  
des, ingenti letitia gratulenerit, et nimis affluen-  
tissima jucunditate letari ostoret, quia quoties san-  
ctorum memoria celebratur, nimis fulgium mentes  
gaudio replentur, et spiritualibus admodum profecti-  
bus illustrantur, in id quod eorum presentia adesse  
non ambigitur. Convenientibus ergo nobis, charis-  
imi, hunc sacratissimæ aule cumdem in medio no-  
strum egregium prædicatorem assistere (12) et spiri-  
tuali atque invisibili quadammodo pariter nobis cum  
in hoc ejus celeberrima solemnitate credimus gratu-  
lari. Et ideo nulla debet, dilectissimi, quemquam  
Christianorum ad ocurrendum huic venerandam ec-  
clesiam, ubi sanctum ejus quiescit corpus, desidia ir-  
retire torporis, præcipue autem cuncti Romane urbi  
et finitim commorantes regionibus; quia totam (13)  
accelerare per omnibus congruit, nam (14) si uni-  
versi de extremis mundi partibus, neque austeriora  
tem acerrimi itineris, neque prolixitatis terræ spatiis  
metuentes, eo quo (15) valent tempore, apostolorum

(6) Codd. Cass., distinctionem.

(7) Idem, cum universam Ecclesiam.

(8) Idem, regenerationem.

(9) Cod. Cass., voluptate. In cod. Florent. desunt  
haec verba, neque ex voluntate carnis.

(10) Cod. Florent. et codd. Cass., rationabiles.

(11) Hic sermo edocetur ex. Bibl. Laurent. Plut. 23  
dex., cod. 10, pag. 85 b, ubi nomen sancti Lenni  
præsum habet. Unum habemus codicem, et deci-  
tus.

(12) Cod., assisi,

(13) Col., totius accelerari.

(14) Id., male, quam.

(15) Cod., eoque.

devote se praesentari inhiant lim'ibus (1), quid Romani cives excusationis proferre in eo quod (2) presentialiter assistentes dissimulant saltem in eorum occurtere festivitate, dum eorumdem apostolorum precibus defensionis tueri noscuntur ope.

II. Hoc anno quippe die (3), quo ipsi apostolorum principes martyrio sunt coronati, devotissimo affectu in ecclesiā beati Petri apostoli properantes ejus celebravimus solemnitatem; etenim oportebat ut ejus qui principatus promeruit adipisci apostolatus, praecelebraretur festivitas. Illo die vero doctoris gentinum et totius mundi illuminatoris natalitia collimus. Nam licet prius ambo martyris brachium sumpaerint, propter confluentis tameo populi frequentiam in illum diem beati apostoli Pauli festum (4) inerat ratio transferendi: ut sicut in beati Petri aulam universa convenit multitudo, ita in ejus coapostoli Ecclesiam (5) radem pariter annexa confluere populi congregatio, aequaliterque omnibus inesset laetandi devotione. Et ecce plures aut desidiis (6), aut secularibus dediti ouris, ad hanc distulerunt praestansim beati Pauli advenire aulam. Quapropter, fratres charissimi, abierenda est omnis mundana cogitatio (7) et temporalis lucri desideria responda, eoque omnes quo valorem annisu ad celebrandam sanctorum memoriam, maxime beatorum Petri et Pauli apostolorum principium natalium (8) occurreat. In amborum ecclesiastis deo pariter aggregati conveniamus, ut sicut pares eorum honorum insula divina illustravit dignatio, illas sic habeat in solemnitatibus devotio.

III. Illo enim beatissimus prius quidem Saulus et iustissimum Paulus, prius inquam persecutor, postmodum praedicator, Iudaicis crudelitatis infectus exortitia, nimis ferocietas adversus Christianos exarcebatur insanita. Nam sicut in Actibus apostolorum continetur, accepta a principibus sacerdotum potestate ut si quos cultores (9) Christianae religionis inventre potuisset, vincitos in Jerusalem deduceret, ibat irremens, magna irruptus sevitia, et subito castellis radii splendore illustratus ac perterritus audivit vocem de celo dicentem sibi: *Saul, Saul, quid me perseguis?* Durum est tibi contra stinum calcitrare (Act. ix, 4); et protinus cadens in terram oculorum lumen misit. O magna pietatis omnipotentis Dei nostri benignitas! O inestimabilis longanimitatis misericordia! Modicum teum perterritus, ut multipliciter consolareetur.

(1) Cod., *limina*.

(2) Cod., *in eoque*.

(3) Deest *etie* in cod.

(4) Deest *festum* in cod.

(5) Cod., *Ecclesia*, et supra *ea*.

(6) Cod., *desidiis*.

(7) Cod., *omnis mundane cogitationis*.

(8) Cod., *natalitia*.

(9) Cod., *corundem*.

(10) Legitur hic sermo, cum nomine sancti Leonis, quatuor in codicibus Florentinis, nempe Plat. 20, cod. 1, p. 211, et Plat. 17 cod. 41, p. 107. Bibl. Laurent. et in Bibl. arch. cod. 158, p. 128, b, et cod. 143, b.

(11) Cod., *solemnita is*, male.

## SANCTI LEONIS MAGNI

## SERMO VI.

*De Annuntiatione beatae Mariae virginis (10).*

Virginis bodie solemnitas (11) lingua nostram, fratres, ad praeconium vocat, et in presenti vita his qui convenerunt, praevisor utilitatis efficitur; et valde competenter. Castitatis enim mater est (12) et feminæ gloria sexus. Propterea quia in tempore matris est, semper virgo permanet. O quam concupisibilis congregatio! Ecce enim et terra et mare monstra (13) Virgini offerunt. Illud (14) quidem nubibus dorsum tranquille (15) substernens, imbreu effundit; haec gradientum sine impedimento dirigens vestigia, cœlitus munera confert. Gaudient enim naturæ et mulieres honorantur, atque corruscat humanitas. Ubi enim abutatur peccatum, superabundavit et gratis

(Rom. v, 20). Convocavit nos beata Maria, immaculatum virgiinitatis ros (16), rationalis secundi Adam (17) paradisum, officina unionis naturarum, solemnitas salutaris commutationis, thalamus in quo Verbum despontatum est carne animatum, naturæ rubus, quem divini partus ignis combussit. Vere levis (18) nubes, quas eum quem (19) cherubim et seraphim contremiscunt, cum corpore portavit. O celestis imber! O purissimum velius, ex quo Pastor ovium induitus est! Maria mater et ancilla, virgo et cœlum, sola Deum et hominem serens. Fons terribilis, dispensatio tele, in qua ineffabiliter incarnationis testa est tunica, cui operi (20) quidem superspector. Spiritus sanctus est, textrix autem altissimi obumbras (21) virtus; vestis autem antiquum Adam indumenta florido. Haec sancta et immaculata caro est. Sel et radius hujus telæ admirabilis gratia (22) exstitit; artifex vero quod per obedientiam insiluit, verbum Dei. Nam quis vidit vel quis audierit quomodo in sacra sanctæ Virginis vulva incircumscripitus Deus habuit, et quem cœlum non capit, ventr' beate Virginis cepit (23)? Natus est ex muliere Deus, sed non nudus, et homo non parus. Et quia natus est, veteris hominis peccatum auferens, portam salutis ostendit. Ubi enim serpens per inobedientiam venenum effudit, ibi Verbum per obedientiam ingrediens templum vividum plasmavit. Unde primus peccati discipulus Cain emersit, inde generis nostri liberator Christus sine semine pallulavit. Non erubuit amatorem omnium mulieris dolores (24); undo emerat negotiatio quæ agebatur. Non coquignatus est, habitans, quam ipse sine contumelia condiderat. Si non virgo mansit

(12) Codd. male, *materium* et, deinde *gloriem*.

(13) Cod. male, *numera*.

(14) Cod. male, *illam*.

(15) Cod. 211, *tranquillam*.

(16) Codd. mal', nos.

(17) Codd. male addunt in; et deinde officium præ officia.

(18) Cod. male, *levi*.

(19) Codd. male addunt de.

(20) Cod. male, *operis*, nisi legas cuius.

(21) Codd. male, et *altissimis obumbras*.

(22) Cod. 61 male, *gratiem*.

(23) Id., *concepit*.

(24) Sic; forte *uterum*.

mater, purus homo est qui natus est, et non mirabilis pars; si autem et post partum virgo permanuit, ille inestabiliter natus est, qui sine prohibitione januis clausis ingressus est, cuius conjunctionem naturarum Thomas exclamavit dicens: *Dominus mens et Deus mens* (*Ioh. xx, 28*). Non erubescas, o homo; ipse natus factus est occasio salutis. Si non ex muliere nasceretur, nequaquam moreretur; si non miceretur carne, nequaquam per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum (*Hebr. ii, 14*). Nea est injuria (1) architecto manere in his quae ipse edificavit. Nam sicut non (2) coquinat filium latum renovantem id quod plasmaverat, sic non coquinat incontaminabilem sacro ex Virginis ventre procedere. Quam enim dum plasmaret non (3) coquinatus est, per ipsam transiens non pollitus (4) est. O ut rus in quo communis libertatis cautio composita est! O venter (5) in quo contra mortem (6) fabricata sunt arma! O area, in qua naturae agriculta Christus, sicut spica, sine semine pullulavit! O templum in (7) quo Deus factus est sacerdos, non naturam commutans; sed eum qui secundum ordinem est Melchisedech miseratus, induitus est: *Verbum enim Dei caro factum est* (*Ioh. i, 14*); et si *Judicii non credunt partum*, Deus hominis formam induitus est; et si pagani detrahunt miraculo incarnationis judicium manifestum est; propter hoc enim et *Judeis scandalum, et gentibus stultitiam est* (*I Cor. i, 23*). Mysterium resonat, quia ultra rationem est miraculum. Si non Verbum habitasset in utero, nequaquam caro sederet super thronum. Si ideo injuria fuisset in vulvam ingredi, et angelis injuria esset hominibus ministrare. Qui enim est secundum naturam, ut pote Deus, impassibilis, propter misericordiam factus est multarum passionum. Nonne ergo ex proventu factus est Deus Christus? Absit. Propter miserationem, quemadmodum credimus, factus est homo; hominem enim Dei factum predicamus (8), sed Deum incarnatum confidemus. Propriam ancillam conscripsit matrem, qui secundum essentialiam sine matre est, et secundum dispensationem aine patre; si purus homo est, nos est sine patre (9), habet enim patrem. Nunc autem idem ipse sine matre ut plasmator, sine patre autem ut plasmatus. Erubescat vel appellatione archangeili, o homo, qui Mariam evangelizavit. Gabriel

A diciter: quid (10) autem interpretatur Gabriel? beatissime virginis (filius) Deus et homo (11). Ergo quia is (12) qui ab ipso evangelizabatur, Deus erat et homo, processus appellatio, ut crederetur dispensatio. Disce causativum praesentis, et glorifica virtutem incarnationis, multum in hac re debebat genus humanum, et deficiebat addebitum. Per Adam omnes (13) peccatum conscripsimus, per quem et servos nos retinebat diabolus instrumenta nostra proferens tantum scientiam corporis (sic), stabat malus omnium falsarius, concilians contra nos debitum, et postulans ex iudicio (14). Erat igitur necessarium unum e duabus, aut omibus importari ex iudicio mortem, quia omnes peccaverunt, aut talem dari in compensacionem qui totius redemptioi justificatio existet. Et homo quidem salvari non poterat, subjacebat enim debito (15). Angelus redimere non valebat, deficiebat enim in tali liberatione. Tantum eum, qui sine peccato erat, pro peccatoribus mori oportebat; ipse enim solus relictus est ad nullam solutionem. Quid ergo? ipse qui universam naturam mouit, te duxerat ut Deos, et qui in nullo boozitatis deficiebat, adiuvavit adiudicatis vitam decorissimam et mortis solutionem certissimam, quia (16) homo sicut et nos. Sermo enim interpretari miraculum non potest. Moritur itaque qui homo factus est, et hoc liberaliter quod exciderat (17) secundum Paulum dicentem: *In que habemus redemptionem per sanguinem ejus et remissionem peccatorum* (*Coloss. i, 14*). O stupendores! talis (18) negotium est immortalitatem (19), et ipse enim erat immortalis. Talis enim alter secundum dispensationem nec erat, nec factus est, nec est, nec erit. Solus iste ex Virgine natus est Deus (20) et homo, non solum quae contra ponit et appretiationem afferre (21) possit, habens dignitatem ad multitudinem eorum (22), sed etiam omnibus sententiis supereminentem; in hoc quidem quod filius erat, id quod incomparabile est ad patrem conservans, in hoc autem quod conditor, id quod virtutis est, insufficiens habens; in amore autem miserandi, et quae compassionis sunt, sine ulla publicans dilatatione (23). In hoc vero quod sacerdos (24), id quod ad reparationem erat, digna fide afferens, quorum nihil simile inveniet quis in aliquo aut vicinum aliquando. Attende enim ejus in hominibus amorem (25), volunt-

(1) Codd. male, injuriam.

(2) Decet non in cod. 61 et quidem m. le. klein d. inde renovantem, bene contra cod. 1, qui habebat renovatum.

(3) Decet iterum non in cod. 61.

(4) Codd. male, polluta.

(5) Cod. 1, renire.

(6) Codd., nostra matrem, absque sensu.

(7) Doe t. ix i. cod. 61.

(8) Cod. 1, factus est predicamus.

(9) Codd. m. tre. Hic quedam videntur deesse; forte addenda essent: *Si Deus est, non est sine matre, habet enim matrem.*

(10) Cod. 1, quod.

(11) Codd. habebat Virginis Deus et hominem. — Gabriel interpretatur vir Deus.

(12) Codd. his. Cod. 1, evangelizabatur.

D (13) Codd. male, omne.

(14) Cod. 61 ex iudicio, melius quam cod. 1, qui habet ex iudicium.

(15) Cod. 1, male, debitum.

(16) Codd., et quid.

(17) Codd. male, existens, aut existens.

(18) Cod. 1, male, tali.

(19) Codd., immortalitate.

(20) Decet Deus in codd., sed sensu evidenter requiratur.

(21) Decet afferre in cod. 1, quod verbum suppleret praesumptiuus quajam divinatione.

(22) Forte peccatorum sufficientem.

(23) Cod. 1, male, dilatationem.

(24) Cod. 1, sacerdotum; Cod. 61, sacerdotem.

(25) Cod. 1, omnibus amore.

teris adjudicatus est, et se crucifigente (1) eam que erat mortem dissolvit, et convertit perimentum (2) se iniquitatem in iniquorum salutem. Illozinius igitur pueri salvare posse non erat, etenim ipse indigebat salvare (3), secundum Paulum dicentem : *Omnes enim peccaverunt, et agent gratia (4) Dei (Rom. III, 23).* A diabolo peccatum ducbat, quia diabolus ei inmortem exportabat in magno periculo, ex quo circa nos callide subintroduebat, et jam (5) impossibilis erat solvito mortis. Denique qui miseri fuerant a rebus i medico eam accessabant, unde videntes quidem ipsi (6) prophetae ultra humanam aeternam remesse, ad celestem medicum exclamabant. Et hic quidem dicebat : *Domine, inclina corda tuos et descend (Psal. cxliii, 5).* Alius : *Sana me, Dom ne, a sane or (Jerem. xxvii, 14).* Alter clamabat : *Excita potentiam tuam et veni, ut liberem nos (Psal. lxxix, 3).* Alius dicebat : *Hec me, anima, quis parvit misericordia a terra (Mich. vii, 1, 2).* Alter : *Si vere Deus habbitas cum hominibus (7) (III Reg. viii, 27).* Alius : *Cito apprehendit nos misericordia tua, Domine (Psal. lxxviii, 8).* Item alter : *Deus, in adjutorium meum intende, Domine, ad adjurandum me ferina (Psal. lxix, 2).* Alius : *Qui venturus es, venies et nos tardabis (Hebre. ii, 3).* Alter : *Erassi sicut ovis quæ perirent, require servum tuum, Domine (Psal. cxviii, 176).* Non despxit igitur diu naturæ oppressionem, qui naturaliter existat rex et Deus. Sed venit qui semper aderat et assolvit redēptionem proprio sanguine, ac dedit pro genere humano in compensationem mortis, quod ex Virgine induitus fuerat, corpus, et redemit mandatum ex malōdictio legis, de quo clamabat et Paulus : *Christus nos redemit de maledicto legis (Gal. iii, 15).* Ilomianum enim natura peccato decepta serviebat. Qui enim redemit nos non purus homo est, o Jude, sed nec Deus nudus, corpus enim habuit. Omnia hinc si non induitus esset, me non salvasset (8). Sed qui in utero Virginis sententiam tulerit, induitus est reum. Ibi terribilis illa facta est commutatio; dans enim se Christus accepit carnem, et idem ipse cum virgine ex virgine; et hic idem obumbravit eam, hic autem incarnatus est ex ea : si alter Christus, et alter Deus Verbum, non jam Tri nitas, sed quaternitas. Non disrumpas dispensationis unicam, quæ desperata contexta est. Non sis doctor Arlii, impius ille sententiam dividit, tu unitatem non patiaris concendi. Quis enim apparet in tenebris et umbra mortis sedentibus. (Isa. ix, 2) homo, et quomodo? quia in tenebris degebant secundum Paulum dicentem : *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum (Coloss.*

(1) Farto crucifigent um.

(2) Cod. 61, perimentum.

(3) Codil., salvare.

(4) Codil., gloriam.

(5) Codil., etiam.

(6) Cod. 1, male, ipse.

(7) Cod. 1, male, omnibus.

(8) Cod. 1, male, salvet.

(9) Co I. 61 male, Deus meus.

(10) Codil. male, salvari.

(11) Cod. 1, quia; cod. 61, quum.

A 1, 13)? Et iterum : *Eritis enim aliquando tendere (Ephes. v, 8).* Quis ergo illuxit? David te docet dicens : *Benedictus qui venit in nomine Domini (Psal. cxvi, 26).* Quis est iste? dic aperie, o David : *Deus Dominus (9) et illuxit nobis (Psal. cxvi, 27).* Convenienter natura et inconfusa permisit unius. Venit salvare, sed oportebat ei pati. Num quomodo ergo poterat ultraque homo purus salvare (10) qui non pravalebat; nam et Deus nudus pati non poterat. Ipse existens Deus natura factus est homo, et quod emerat salvandi, quod autem factus est pertulit. Propterea cum synagoga eum spinis coronasset, sancta Ecclesia priors dicebat : *Filius Jeruzalem, ex te, et rideste coronam qua (11) coronavit eum mater sua (Cantic. iii, 11).* Ipse enim ex spinis coronam portavit, ut spinarum sententiam dissolveret; ipse in sinu Patris et in ventre Virginiis, in ulnis matris et super peccata vento um; sursum ab angelis adorabatur, et deorsum cum telonib:is recumbebat'. Seraphim non proficiebant, et Pilatus interrogabat (12). Servus parentibus, et creatura terribiliter. In cruce confitebatur, et in throno erat. In sepulcro jacobat et cuncta tendebat: alicui pellam (Psal. ciii, 2). In mortuis reputabatur, et infernus spoliabatur. Deorsum quasi seductorem calumniabant, et sursum (13) a sanctis glorificabantur. O stupendum mysterium! video miracula, et praedico delitatem; aspicio passionem et non abeggo humanitatem. Sed Emmanuel natura (14) quidem apparuit ut homo, virginalis autem claustrum non disruptus ut Deus, sed sic ex vulva egressus est, quomodo per Cauditum ingressus est. Sic natu: est, quomodo conceptus est. Impassibiliter introiit, incurrabiliter egressus est, secundum prophetam Ezechielon dicentem : *Conseruit me, inquit, Deus ad eam portas sanctuariorum exteriorem, quae (15) attendit ad Orientem; et hec clausa erat; et dixit Dominus ad me: Fili (16) hominis, porta ista clausa erit et non aperietur (Ezech. xliv, 1, 2).* (17) Nullus enim transiit per eam, sed soles Dominus Deus ingredierat et egrediebatur; et erit porta causa. Ecce approbatio manifesta sancte Dei Genitricis et perpetuae virginis Mariæ. Dissolvatur deinceps omnis contradicatio, et sanctarum Scripturarum illuminetur doctrina, ut (18) codorum regnum ob:incamus in Christo Iesu Domino nostro, cui est honor et gloria una cum Deo Patre et Spiritu sancto, per D nunquam finienda seculorum. Amen.

## SERMO VII.

*De sancto Dionygio martyre (19).*

I. Sanctam atque gloriosam et omni veneracione

(12) Cod. 1 male, interrogabant.

(13) Cod. 1 male, rursum.

(14) Codil. male, naturam.

(15) Codil., quem, per:inie.

(16) Cod. 1 male, filius.

(17) Hec verba: erat, et dixit Dominus ad me: Fili hominis, porta i ta clausa, desunt n cod. 61.

(18) Co I. 61, et.

(19) Sermo iste qui certe ad sanctum Leonem non pertinet. cum in eodem laudetur sanctos Gregorius, et sancti doctoris gravitati non consentaneus videatur.

coenam beatissimi Patris nostri a quoque pastoris sanctissimi Dionysii, nobis dilectissimi fratres, hodie festivitatem divina pietas renovare dignata est. Quam non minus credimus in coelestibus praedicari, dum a nobis etiam peccatoribus devote veneratur in terris; nam licet omnium sanctorum solemnitatum Christianorum sit animus particeps, nobis tamen proprie ac peculiaris in ducis et Patris nostri festivitate (1) letandum est, ut ubi praepus martyris et pontificis gloriosus est exsus, ibi in die ejus martyrii sit letitiae principatus. Quidquid tamen a nobis ejus impenditur servituti, ad laudem sui nostrique referatur auctoris. Sicut enim ipsa vestra, fratres, misericordia presentia, intelligentia diel hujus recursum (2) ad communem pertinere lati iam, dum honorem celebratur concorditer ad annua festa pastoris; abundantiori namque devotione vos credimus presentis patroni precibus divina clementia appropiare, dum solerti studio ad ejus sanctas vigilias convenitis (3); namque devotionem vestram ille non deserit, cuius vos reverentia congeravit. Vestris (4) nempe, fratres, ut pius pater, sanctis congaudet (5) obsequiis, et in suorum exultat numero filiorum.

II. O veneranda nobis sancti Patris nostri festivitas! O vere beata et magnis laudibus praferenda solemnitas, de qua Dominum angeli collaudant in astris! Sacerdotum coetus magno resultant honore, et martyrum praedicti (6) chorus victoris palmam, in qua diu clausa ora reseruantur in terris, eorum redunt cæcata lumina, dum diræ abluuntur maculae (7) peccatorum, et vox cunctorum assumuntur gesta piorum. Quamvis etenim, fratres charissimi, anni revolutio circuitu, ejus nobis sacrae videantur renovari vigilie, et Christianis populis per spatia temporum novæ sint ac stupenda, sed ad Christi gloriam in his virtutibus quotidianæ (8) permanent et laudande. Quis enim buc ager (9) aveniens, non sanus abcedet? quis delictorum sarcina progravatus cum gemitu dixerit esse se reum, et non indulgentiam promeretur? hujus certe, ut credo, diei festivitatem multo ante propheta conspexerat, Domino cum dicebat: *Domine, dilexi decorum domus tuæ, et locum habitationis gloriae tuæ* (Psalm. xxv, 8). Et beatissimi Patris nostri condigne sacrum transitum praedicans, et Dominum collaudans aiebat: *Beatus quem elegisti et ascessisti, Domine, inhabitabit in atris tuis* (Psalm. lxxv, 5).

III. Magnum enim et admirabile, dilectissimi,

extrahitur ex tribus codic. Florentinis, nempe Plut. 20, cod. 1, pag. 258; Plut. 30, cod. 5, p. 262 b; et Bibl. Mugell. cod. 13, p. 222 b.

(1) Sic cod. 13; alii, *festivitatem*.

(2) Id., *cursum*.

(3) Cod. 5, *convenitio*.

(4) Cod. 5, *vestris enim nempe; cod. 13, vestri, male.*

(5) Cod. 13, *sancit congaudent*.

(6) Cod. 1 male, *praedicabat*.

(7) Sic cod. 5; alii male, *dira macula*.

(8) Cod. 13, *quotidie*.

(9) Cod. 5, *hic ager perinde adveniens*.

A huic viro domum post apostolos tribuit divina dignatio, cui cum potentia sua tribuit potestate, qualis cum eo esset gloria declaravit. Iste omnino, fratres mei, iste est beatus ille et vere praedicandus Christi sacerdos et martyr. Dionysius Arcopagita, quem apes gloriorum Acta commemorant, civis Athenei nubili progenie ortus, dialecticis et rhetoricas studia ab infantia radientis instructus, in Diana insula Atticae provincie genitus. Qui ideo Areopagita dictus est, eo quod in eodem loco qui areopagus dicitur liberalibus fuerat litteris eruditus, et eamdem sectam ejusdem gentis non solum didicerat, sed aliorum eruditissimus doctor inerat. Sed adjuvante nos ipsius misericordia qui per prophetam polliceri dignatus est, dicens: *Aperi os tuum et ego adimplebo illud* (Psal. lxxx, 11), et bruti volui: animalis ora laxari, pauca vobis de hujus sancti signis intimandum credidi, (10) quia vestris sine dubio devotis credimus animis placitura. Quidam enim in quibusdam Graecis codicibus legeendo agnoscimus (11), et quedam relatione nobis virorum sunt nota fidelium.

IV. In Dei nomine Eugippius aristarcus Onesiphoro primicerio salutem. Apices vestrae caritatis (12), Anatolio deferente, suscepimus, in quibus insertum est ut nostra (13) memorie nota, vel priscorum vetusta traditione recordata de variis dogmatibus vel sectarum (14) varietate Atheniensium, seu de ritu vel compositione urbis Athenarum (15) vobis recribere studio litterario curaremus. Et inter cetera in scriptis vestris reperimus, qualiter vobis brevi stylo perscringerem (16) quæ in ipsa civitate Atheniensium temporibus apostolorum gesta sunt; vel quomodo Paulo apostolo ibidem supervenienti perianes philosophias et fallaces rerum imaginationes quidam resistierunt. Imo etiam expertis a nobis ut de Simacho et Apollinare Chronopagita nec non et de Dionydio (17) Areopagita qui auditores Pauli a ostoli temporibus apud Athenas claruerunt, ut quod de illis scirem vel quali proprietas (18) Atheniensium, quaque de stirpe orti sint, vobis luculentius exprimerem. Quid ita secundum imbecillitatem ingenii nostri per transacta retro tempora, traditione vetustatis sicut auctore potius, vobis (19) per Anatolium, nostrum filium et gerulum vestiarum literarum, direximus.

V. Athenarum (20) civitas in confinio Thracis et Lacedemoniorum posita, situ terrarum montuosa, Ionici maris fauibus interclusa, Aegeo pelago sinistra parte contracta, urbs inclita et antiqua, terrarum

(10) Cod. 5, *forte quod*.

(11) Id., *cognovimus*.

(12) Cod. 15, *sanctitatis*.

(13) Cod. 1 male, *vestra*.

(14) Sic cod. 5; Cod. 1 male, *secretarum*.

(15) Omnes cod., *Athenæ*.

(16) Codd., *perscrinxsem. Forte legendum est de pingere*.

(17) Sic cod. 5. *Deest de in aliis*.

(18) Sic cod. 5; cod. 1, *qualis prosa fieri*.

(19) Sic te um cod. 5 et 13. *Deest vobis in cod. 1; cod. 13, supra, traditionem*.

(20) Codd., *Athenæ*.

sophorum et sapientum gentium, artiumque variorum et divitiarum opulentia pre ceteris urbibus pollebat. Hoc posita est in Attica provincia, ubi Cecrops et Minander reges gentium claruerunt; ubi Apollo, et Hippocras, et Aristoteles nati sunt, qui toto orbe in ipsis temporibus sapientiae floribus fulserunt. In hoc tempore (1) Cecrops et Minander reges, simulacrum cu'iores existiterunt, idolorum quippe superstitionis religio primitus apud eos reperta emicuit. Quinque etenim regionibus dispartita describitur. Prima regio est quae Aegeum mare respicit, mons sui ereminens (2) urbi, ubi Saturni et Priapi aurea simulacula variis celantur illusionibus, quam regionem Chronopagium Graeci nuncupant; Chronon etenim Graeci Saturnum vocant. Secunda regio Athenarum est quae respicit contra Chium (3), ubi terminus mirae magnitudinis inerat, et (4) ubi fauni agrestes homines a pastoribus, diebus constituti, solebantur. Tertia regio urbis est Athenarum, quae recipit portum Neptuni, ubi simulacrum Diana et Neptuni Aegei colebant. Quem locum Popedon pagani appellant; Graeci enim Neptunum Poseidon dicunt. Quarta regio Atheniensis urbis est, ubi idolum (5) Martis et Herculis simulacrum ponebatur (6), quae (7) est in colle Tritonie: mons in medio urbis positus, ubi concursus totius populi, luna renascens, veniebat ad colendum scilicet Martem et Herculem, quos deos fortissimos adorabant; quem locum Graeci Ariopagium vocant: Aris enim Graece, Mars Latine dicitur. Quinta regio urbis Atheniensis est quae respicit ad portam Sicheam, ubi idulum et simulacrum Mercurii positum est, qui locus Ermipagos nominatur; Ermis enim Graece Mercurius dicitur. Haec urbe maris terraque, silvarum et montium, fluminum et viretorum (8) opulentia pre ceteris urbibus Graecis (9) nobilissima floruit; et quae tunc caput (10) urbibus ceteris præferebatur modo gentium impetu oppressa et intercepta (11) deprimitur.

VI. Apollo dictes es b (12) Apollinis cuiusdam nobilissimi Atheniensium principis prosapia derivatus, cuius pater Nicolaus, vir magni ingenii, litterarum studio pollens civis et inclitus Argolicis artis magister. Cuius filius Apollo dum inter philosophorum scholas clarus haberetur, et authenticas bibliothecas revolveret, dumque (13) deditus esset philosophia et vanis superstitionibus, audivit Paulum apostolum novam et inaudita antea dogmata predicantem. Qui dum ei

(1) Cod. 5, in hoc magnopere tempore.

(2) Cod. 13, supereminet.

(3) Cod. 5, contra trachium.

(4) Deest in cod. 13.

(5) Cod. 1 male, idolorum.

(6) Cod. 5, qua.

(7) Cod. 13, ponebatur.

(8) Sic cod. 13; alii, virectorum opulenta.

(9) Codd., Graece.

(10) Sic cod. 13. Vox caput deest in aliis.

(11) Cod. 5, intercapta.

(12) Sic cod. 13. Drest ab in aliis.

(13) Deest que in cod. 1 et 5, sed habetur in cod.

nam, quam iudicabat ut Atticas esse. Nonquando ergo vanas superstitiones gentium, prorolutus pedibus (15) Apostoli, deprecatus est ut ei veram doctrinam et viam salutis ostenderet, sequens jam Christi non Saturni dicebat (16) esse discipulum.

VII. His ita gestis, cum quadam die Paulus Ariopagum vidisset, beatum Dionysium interrogare compitum quiduleret aut quibus (17) numinibus in tam spatio et venerabilis loco inserviret (18). Cui ai. Dionysius: Deos, quos co'uerunt patres nostri, quorum virtute et solertia mater terra continetur, hos (19) olimmus, et adoramus aras, que Martis et Herculis, Mercurii et Priapi nomine et honore sacratas sunt. Dum vero Paulus sicut u' altaria et simulacula falsorum deorum perlustraret, inter alias aras reperit (20) altare unum, in quo erat de uper scriptum: Deus ignotus (Act. xvii, 23). Et conversus ad eum Paulus, et ad reliquias qui eum comitabantur, (21) interrogavit illos quis e' set deus i' le ignotus? Cui respondit inter ceteros Dionysius dicens: Adhuc non est ipse deus demonstratus inter deos: sed est inengnitus nobis, et venturo saeculo futurus; et ipse est Deus qui regnat: uras est in celo et in terra, et regnum ipsius non accipiet finem. Interrogans iterum Paulus: Quid vobis videatur? homo erit aut spiritus deorum? Respondentes dixerunt: Quia et verus Deus et verus homo, et ipse renovatur est mundum; sed adhuc ignotus est hominibus, quia apud deos in celo conversatio est ejus. Paulus dixit: Ilium Deum (22) prædicto vobis quem ignotum usque nunc habebitis. Natus enim de virginine sedet ad dexteram Patris verus Deus et verus homo, per quem omnia facta sunt. Natus est in Iudea Deus, et in Israel sanctum nomen ejus (Psal. Lxxv, 2). Quem incognitum usque nunc habebitis modo cognoscite, quia ipse est natus Deus, et propter illum non est alias Deus, qui eos de morte rediit ad vitam, qui eorum et terram, homines et angelos in unitate regni sui conjunxit. Qui vivificat et mortificat (1 Reg. ii, 6); qui claudit, et nomen aperit; qui aperit et nomen claudit (Apoc. iii, 7).

VIII. Haec et alia plurima Paulo prædicante, cum per singula tempila prædicaret Christum Dei filium esse, Dionysius veram doctrinam et dogma salutis accipiens, et nihil esse idola quibus serviebat ac demonia magis quam deos esse recognoscens, Spiritum quoque sanctum et verba vita in Pauli doctrina evidenter sentiens, divina gratia instigates, ad Paulum

15. Cod. autem 5 male, deditus era.

(14) Cod. 5 male, valebat.

(15) Cod. 1 male, prorolutus pedibus.

(16) Cod. 13, prædicabat. Cod. 5 præferabat, in quo ante deest particula jam.

(17) Cod. 13 male, quid.

(18) Cod. 5 male, inserviebat.

(19) Deest hos in cod. 1 et 13.

(20) Desiderantur cetera in cod. 5, cui deest pagina una.

(21) Cod. 13, quicum eo comitabantur.

(22) Deest vox deum in cod. 13.

cōdūam nō p̄cārētur, ut tū ejus dīscipulus ēsse mērērētur. Cumq̄ die alterū iūr̄ ageret. Paulus, cæcus quidam oculorū luce privatus, Pauli se postulat virtute sanari. Mox ergo sanctus apostolus, Domini et magistri sui Iesu Christi (2) in iūr̄ effectus, crūc̄m ejus diu clausis oculis imposuit dicens: Christus videlicet Dominus et magister noster, qui oculis lumen imposuit cæci nati, et lumen illico accipere meruit, ipse tuis oculis potentia sua lumen restitut. Tum mirum in modum lumen accipere meruit oculis cæcus natus, quem (3) his verbis statim adorsus est dicens Paulus: Vale ad Dionysium, et dic ei, quia Paulus servus Christi Iesu ad te me misit, ut memor sponsonis tuis ad eum venire non pigriteris, quatenus baptismum salutis accipiens, ab omnibus absolvī possis nexibus delictorum. Mox is qui lumen receperat obedientiæ p̄de verba jubentis implevit, et ad Dionysium properans, Pauli ei verba per ordinem nuntiavit. Sed electus jam (4)-Domini Dionysius ut cæcus respergit (5) firmis luminibus incidentem, his eam verbis allocutus est dicens: Tunc es ille quem carum natum cuncti cognoverunt a fines? Cui ille respondit: Ego nempe sum, qui cæcus natus sum, cuique usque nunc lux mibi vita est negata præsecuris (6). Sed ipse Paulus qui tibi ad se venire mandavit, invocata Iesu Christi magistri sui virtute, sanitatis mibi lumen induxit (7). Tunc protinus surgens ad beati properat mandati (8) monita Pauli. Quid diutius moror? Confestim creditit, et sacri baptismatis unda respersus, abnegatis erroribus paganorum, ejus se tradidit magisteriis imbuendum; ac deinde ipso Paulo jubente Christi Evangelium prædicavit. Qui de Thessalonica convertens plures ad viam salutis, maximam (9) partem illius provinciæ convertit ad fidem.

**IX.** Hunc etiam beatissimum virum sancti Spiritus ardore succensum (10), cum in cruce mundi Dominus Iudæorum manibus penderet affixus, et sol sui Domini mortem expavescens, lucis suæ radios in terræ nocte mutaret horrorem, et mundi climata tenebrarum nocte lexisset, dixisse ferunt: Hæc nox, quam nostris oculis novam descendisse miramur, totius mundi salutem advenisse monstravit. O vere sanctum vatem! o vere divina perfusum luce, qui sic erat beata jam sorte præelectus, ut qui nequam sacro erat fonte renatus, paganus (11) adhuc membris, tanti valeret mysterii (12) esse relator. Nam cum tot

et scripturarum nōribus per omnia misit. Grace hēm̄pe eum tres libros mirificos scripsis-e referunt (13). Unum qui dicitur *Antihæreses*, hoc est, contra orationes bæres volvendū; unum de *Contemptu mundi et novem Ordinib⁹ angelorum*; unum qui, ut audiri-mus, Constantiopolitanis scribiis retinetur (14). Hunc etiam sanctum virum beatus Gregorius in homiliis suis verum et antiquum Patrem omni cum veneratione collaudat.

**X.** Qualiter autem sub Domitiano Christianorum persecutore per martyrii gloriam transivit ad superbus, passionis ejus vobis lumen (15) innotuit. Nos autem ex ingenii imbecillitate et segni scientia, non tam temere quam felici præsumptione, ob amorem et reverentiam sanctissimi Domini et patroni nostri vestrae charitati ob ædificationis gratiam breviter hoc innotuimus, scientes hoc (16) quia si quid vobis servitatis impendimus, vestris nos sine dubio apud sanctum martyrem precibus adjuvetis. Operæ pretium et hoc reor, ut inter tanti patroni sacerdotis et martyris solemnitatem beatorum etiam Rustici et Eleutheri memoria recitetur, ut ubi uno die pro Christo subierunt martyrium, ibi in die eoram martyrii sit veneratione digna festivitas. Namque cum in omnium martyrum (17) sanctorum commemoratione lastundum sit, in horum tamen excellentia martyrum merito exultantibus gloriam est, quos gratia Dei in tantum apicem inter omnia Ecclesiæ membra proverxit, ut eos Christi gratia et electio pares, et labor similes et finis fecisset æquales.

**XI.** Isti sunt enim viri sancti, patres tui, per quos tibi, Gallia, Evangelium Christi et grātia salutis resplenduit, et quæ eras mater erroris, facta es filia (18) veritatis. Isti sunt sancti tui patres verique pastores, qui te regno (19) cœlesti tradiderunt splendam, Quamvis enim multis aucta victoriis jus regni tui terræ marique distenderis, minus tamen est quod tibi bellicus labor contulit quam quod christiana pax per horum preciosorum martyrum ora (20) subigit. Namque ignorans tuæ dignitatis auctorem, cum cæteris dominari gentibus videreris, magni; nempe subacta (21) serviebas erroribus. Nam quanto tenacius eras per diabolum vincita (22), tantum es per eorum passiones mirabilius absoluta. Felix es, Gallia, quæ tandem ac tales meristi suscipere sacerdotes. Felix es, Parisius, cojus glebe meruerunt (23) tantorum martyrum cruento rigari. Ecce trium martyrum gloria

(1) Cod. 13, et.

(2) Deest Iesu in cod. 1.

(3) Cod. 1 male, quæ; in cod. autem 13, quem.

(4) Deest jam in cod. 13.

(5) Sic cod. 13. Deest respergit in cod. 1.

(6) Cod. 13 male, præsentि.

(7) Idem pessime, inclusit.

(8) Codd., mandatis aliisque sensu. Forte mandatis.

(9) Hie male addit. cod. 1 viam.

(10) Cod. 13, accensum.

(11) Cod. 1, paganis.

(12) Id., minutiori.

(13) Id., referuntur.

(14) Co. 1. 13, destinatur.

(15) Sic cod. 13; cod. 1, volumen.

(16) Deest hoc in cod. 1.

(17) Deest vox martyrum in cod. 1.

(18) Cod. 13, minus bene, discipula.

(19) Codd. male, regni.

(20) Codd., hora.

(21) Iterst subacta in cod. 13.

(22) Idem male, juncta.

(23) Sic cod. 13, qui supplet verbum meruerunt quid non legitur in cod. 1.

ones (1); ecce rutilantibus agminibus eorum te  
beata præmia ambierunt, et quasi ex multarum ho-  
nore gemmarum conserio diadema coroarent. De  
quorum præsidio, dilectissimi fratres, nostris (2) ad  
exemplum patientie et confirmationis fidei prepara-  
tis animis, eorum, in quantum possumus, imitetur  
exempla, ut illuc perveniant merita gregis quo ; ra-  
cerpit fortitudo postorum. Nam illud nobis, fratres  
charissimi, magnopere providendum est ut cum præ-  
sentibus martyrum festivitatibus honoramur, futuris  
valeamus sanctis eorum cu sortiis copulari. Ecce,  
fratres mei, ut aspicitis beatorum martyrum auri  
gemmarumque opia (3) corpora teguntur, et qui  
hic pro Christo impii submiserant colla felicia, ter-  
rare eos principes pronis adorant (4) cervicibus.  
Quanta eos illic ergo putatis inter angelorum et ar-  
changelorum eboros gloria sublimari, quando hic  
eorum beata cadavera tantis honoribus extolluntur.

XII. Hec nos fratres et domini, ut superius diximus, pro tanti diei hujus solemnitate vestris auribus  
non tam (5) temere quam felici devotione intimare  
caravimus, scientes quod (6) habet quamvis ignara,  
para tamen devotio et fidelis dilectio, justa retribu-  
tionis mercedem, sicut ante et nos experi sumus, et  
nostrí probaverunt majores. Credimus autem atque  
confidimus inter omnes labore: istius vita ad obti-  
nendam misericordiam Dei semper nos herum spe-  
cialium patronorum orationibus adjuvandos, ut  
quantum propriis peccatis deprimimur, tantum eorum  
sacris meritis erigamus. Et qui in nostris (7) iniqui-  
tibus maceramus, beatorum Patrum nostrorum  
martyrum precibus forenamur, ista ipso concedente  
eterni Filio Patris, qui cum ipso et Spiritu sancto  
vivit, dominatur et regnat, nunc et per immortalia  
secula seculorum. Amen.

### SERMO VIII.

De Absalom: quomodo patrem suum persequebatur (8).

I. Perdidit Absalom sceleratissimum mentem, perdi-  
dit sensum, amisit consilium; insectatur patrem, fu-  
git innocentem; insequitur genitorem, usurpat imperium,  
potestatem corripit, regnum invadit, non ut  
cum patre societatem regni iniret, sed ut totum re-  
gnum patris sanguine possideret. Perdidit, inquam,  
Absalom consilium, dum parricidio (9) mercari cupit  
imperium; amisit sensum, dum per exitium patris  
consequi desiderat regnum. Festinal, properat, quæ-  
rit innocentem opprimere, reus patre superstite mor-  
riturus. At contra David humiliis ac uitis cedit homi-  
ni (10), per equum fugit, declinat hostem, relinqit  
effectus ne aut parricidae interitus ei luctum afferret,

(1) Cod. 1 male, pollens.

(2) Id. male, nostri.

(3) Desideratur verbum copia in cod. 1., sed reperi-  
tur in cod. 13. Deinde cod. 1 male, legunt.

(4) Male cod. 1, adorat.

(5) Codd., non emere.

(6) Codd., qui. Cod. 5, sermonem iterum habet  
scriptum ab his verbis ignara, para.

(7) Cod., quid in vestris.

(8) Hic sermo, qui ob dicendi rationem sancto  
Leoni non videtur ascribendus, eruitur ex quatuor

aut percepit eis resum ait, exhibere. Vnde rem  
sili segiendo compescere, desidrat declinando  
parricida sevitiam temporare. Sed crudelitas mens  
concepta tam (11) sedari non potuit, quam insensis  
sevitia ad perticendum faciens provocavit. O inno-  
centia, quantum apud reos periculi suscipis, quanto  
molestia per flagitosos incurris! David sanctus me-  
tot dementes exercitus quia non reliquit offendit; tot  
populorum rabies, quia non salit, incurrit. Absalom  
unus est reos et infelix, et universus contra patrem  
spiritus exercitus. Armanter in cedem (12) patris fe-  
nestras multorum manus; provocatur in innocentem  
ulicisci facinus alienum; unius parricida furor, tot  
millia insanire compellit; unius dementia dementes  
efficit multos.

II. Offendit enim David filium, quia fratri in eum  
solus ulicisci parricidium. Semper enim scelera, dum  
non resecantur, crescent, et in augmenta faci-  
rum prosiliunt, quoties sedator (13) impunitate pecca-  
tum. Dum enim in Absalom fratri occisi facinus esse  
vindicatur, in parricidium patris reciduum facinus  
iteratur. Vos, vos, i quam, exercites infelices, ad-  
moneo, vos affectu pietatis exhortor, cur in alienum  
facinus irruitis? Cur furoris insaniam adjuvatis?  
Cur parricida similes ac dementes existitis? Deserite,  
quæso, deserite reum, deserite novo supplicio mori-  
tutem. Forsitan enim si deseritis, cessabit, quem (14),  
ut auderet, vester numerus provocavit. Certe subi-  
perat qui natura vim debellat, solus concidat qui  
pietatem patris impugnat. Aut enim cessabit, dum  
ponit, aut perseverabit et pericit. Ego enim doleo  
reum, doleo impium, doleo novo supplicio mori-  
tutem. Quis te in hoc facinus prosilire, parricida te-  
rrime, docuit? Quis te furor audere tam insanum  
facinus provocavit? Si offendit, pater est, si hascit,  
genitor, quin imo nec offendit, nec hascit; vincat fu-  
rorem pietas, affectus insaniam superet, crudelitatem  
natura debellat; aut nunquid te pater, quia non ha-  
scit, offendit, aut idecirco te offendit, quia non hascit,  
qui (15) forsitan non offenderet si hascisset. Redde affectus,  
exhibe pietatem; tibi parcis, dum a patre manus  
avertis, quem defendere deberes, si quod audes, al-  
terum audientem (16) cognovisses. Ubi jam soluti  
patres, ubi præsidium genitores invenient, si filii  
senserint parricidas, aut quando externa luta sunt,  
si domestica nobis obeistunt. Bestias et mutu pectus  
pietatis jura conservant, et quibus natura denegat  
rationem, non tamen donec pietatem. Innocentem  
perimere nefas est, patrem occidere scetus, proprie-  
tam jugulare facinus inauditum, et ante hoc tempus

codd. Florent. nempe bibl. Laurent. Plut. 91, cod.  
11, p. 137; ibid. cod. 12, p. 129; cod. 13, p. 131,  
et bibl. Stroziana cod. 16, p. 133.

(9) Cod. 11. parricidio.

(10) Sic cod. 13; cod. 11, homo.

(11) Cod. 12, tamen.

(12) Sic cod. 13; cod. 11, male cedem.

(13) Forte celatur.

(14) Codd., qui.

(15) Iidem, quin.

(16) Sic cod. 12; cod. 11, audens.

mortalibus cunctis ignotum. Sed cessu jam ab isto A  
scelere, cessa; ne semper te boni omnes exhorreat.  
me audaces ex te, quod non noverint, discant; cessa,  
baquam, ne qui post te tantum facinus perpetrari,  
te vultur auctore. Cur mundo novum facinus tradi?  
Cur doceas quod pietatis natura non novit? Cur  
expasis quod pietas ipsa borrescit? Cur andes perfidio  
quod novo supplicio cogatur Dominus vindicare?

III. Interea parricida furor non minuitur, non re-  
frenatur; ardescit, in pejus immanis accenditur. Cu-  
git facinus conceptum implere, desiderat scelus di-  
spositum instantissime perpetrare. Perpetranti ne-  
fas (1) tarda sunt cuncta, festinanti ad facinus  
videntur remorari disposita. Cupit parricidium ante  
complere quam agat; festinat patrem ante intercipere  
quam occidere; sui (2) sanguinem patris, cruentum  
appetit genitoris; timet differre vel modicum, ne  
aut ira remorata deficiat, aut furia dilata languescat,  
disponitur prope bellum, acies dirigitur, pugna pa-  
ratur, cognato classes in semet ardescunt. Inde par-  
ricida exercitum contra patrem inflammat; hinc Da-  
vid ut parentur filio abeuntes duces exorat: Parcite,  
inquit, filio meo Absalom; inde dementia contra ge-  
nitorem insurgit, hinc clementia, ut parricida par-  
catur, exposcit; inde furor, hinc pietas operatur;  
inde insania, hinc misericordia interponitur; inde  
crudelitas, hinc bonitas ostenditur. Parricida non  
Iesus insanit, David laeditur et mitescit; debellatur  
ab impietate pietas; nec movetur pietas (3) patris,  
nec gladio vincitur, nec terrore mutatur; parricida  
nec ratione frangitur, nec imminente interitu de-  
terretur. Obdurat in poenam, in supplicium cogi-  
tur, nec salutem jam in aliquo meretur, qui patrem  
salute (4) spoliare constur.

IV. Respice (5) jam sclestissime hostis; nefande,  
jam respice, parricida. Respice, inquam, usquequa-  
que quasi in te cuncta converti. Respice contra te ab  
ipsa rerum natura pugnari, et quamvis contra te di-  
micer celum, moveatur terra, exercitus pugnet,  
tamen aliud ignotum te et inopinatum sustinet bul-  
bum; aliud tibi jam paratum est prælium, quod fu-  
gientem excipiat, perpetrantem interimat, festinan-  
tem occidat. Non enim isti exercitus carnis quos  
conspicis, quos aut tuus furor contra patrem arma-  
vit, aut patris contra te necessitas provocavit, qui  
quamvis digne contra te exerant gladios, vibrant en- D

ses, lanceas torqueant, ut dolor læsi patris tuo inter-  
itu diluator, tam en te fugientem arbor excipiat,  
rami interitem, ligna suspendent. Adest, inquit m.  
arbor quae nec patrem, ut tibi parcatur audiri, et  
iussa Dei implere contendit, nec poteris hoc bellum  
impunitus evadere, qui genitori necem connatus es  
irrogare. Igitur commissio bello prosternuntur boster,  
adversi cadunt, inimici vincuntur, nudatur hostis,  
deseritur parricida, jam suam in suis concipit pos-  
nam, jam supplicium debitum sibi suorum interitu  
recognoscit, jam timet, jam formidat, jam proprium  
meditatur interitum. Denique animal petit, mulam  
conserdit, dat se in (6) fugam præcipitem, paratam  
prope festinat ad arborem, cui traditur, et ictu vio-  
lenio immensus a sali (sic) subducto, et subter in  
B campus elapeo inseritur ramis, obligatur lignis, trans-  
fixo gollute colligatus ac pendens. Jam mortuus ab  
omnibus inventur, quem jam nec celum potuit vi-  
vum conspicere, nec terra ulterius sustinere.

V. O nefandum meritum parricidae, injuriam patris  
non pugnantis gladius, non hostilis manus, non ja-  
culantis ictus defendit, sed vindicant ligna, ulciscitur  
arbor, rami defendunt, nec est ulla creatura, qua  
mota non fuerit, cum ipsum Dominum secesserit mo-  
veri auctorem. Ideo redeunt cuncti de bello, parricida  
auctore beli (7) prostrato, cujus sanguine scelus di-  
luitur, cujus supplicio immanis crudelitas sepelitur.  
Gaudent omnes, cuncti latentur, solus David plangit  
alium, parricida lamentatur interitum. Quid plangit,  
gloriose pater? Quid lamentatione (8) quasi Absalom  
C quod ausus est comprehendebat? Quid fles sceleratum,  
quasi eum perpetrare volueris parricidium. Frangitur  
gloriae victoris exercitus, etiam fletur hostis interitus,  
nec latitia esse poterit in victoria, dum parricida  
plangitur poena. Ille tuus non fuit filius, qui sic vio-  
lavit paternos affectus. Ille tuus dici non meruit, qui  
jus patris altissimi violavit. Te non contempserunt  
exercitus, non duces quibus pro tam sceleratu mandasti,  
sed illa arbor, illa te ulta est, illa defendit, illa  
læsi patris injuriam, quæ te non audierat, viudicavit.  
Defensio tua securitatem (9) patribus attulit, et par-  
ticidrum audaciam removit, per te Inuria nature  
defensa est, et paterna pietas revocata. Novo enim  
supplicio debuit interire, qui sæculo novum scelus  
patris exitium voluit intulisse.

(1) Cod. 11 perpetranti in nefas; cod. 13 perpetrante  
vesas.

(2) Codd. sicut.

(3) Hæc verba desunt in cod. 11, sed leguntur in  
cod. 12.

(4) Ille cod. 11 addit iterum in aliquo.

(5) Cod. 13 respisce, ... jam respice.

(6) Sic cod. 13, cod. 11 male in se.

(7) Cod. 11 auctori bello

(8) Sic cod. 12; cod. 11 lamentantia .. comprehendebat.

Cod. 16 lamentando.

(9) Codd. mal. securitatem.